

Amplius vero quo ad irregularitates contractas celebrando in excommunicatione vel alio tali modo sicut habetur in constitutionibus decretalium forma non est certa et precise requisita cum sit quodam adus iudicialis magis quodammodo quam ordinis. Nichilominus potest congrue sic dici sicut etiam penitentiarioz usus habet. Ego absoluo te ab irregularitate vel irregularitatibus si sunt plures et restituo te sacramentis ecclesie et dispenso te cum. Et hoc ponitur pro futuro tempore ut homo legitime possit celebrare vel uti sacramentis. De inde addit. In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Tandem ad illud quod inquiris si sit expediens in invocatione prenie dicere omnia bona que facta es sint tibi per generali penitentia. Sano quod sic quod per hunc modum omnia talia bona habent vim satisfactoriam licet non tantumdem sicut si specialiter iniungitur omnia sic debere fieri propter periculum transgressionis et culpe seu inobedientie inde consequentis. Tenor questionis de qua superius fit mentio in summa confessorum in li. t. xxxiiij. q. xci. habetur

Explicit forma absolutionis sacramentalis venerabilis Magistri Joh. Gerson deo Laus